



Praxis Bene Meditandi

Berzetti, Nicola

Coloniae Agrippinae, 1658

Tertius modus pro iisdem festis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

Tertius Modus pro eisdem festis.

Alius adhuc modus superest, nō minus, quam supradicti duo utilis, qui profestis adhiberi potest. Videlicet si quis Evangelium festo assignatum percurrat, materiam illius in tres, aut plures, partes præcipuas divisam conetur in sensu proprio, aut mystico, secundum omnia quæ in Evangelio continentur, actionibus virtutum Sancti illius applicare, reflectendo postmodum ad seipsum, & inquirendo num in suo vivendi modo inveniatur similitudo aut dissimilitudo cum Evangelio, & vitâ Sancti: denique

excitando in seipso sive dolo-
rem, quod imitatus non fuerit;
sive desiderium, & spem imitan-
di per motiva & modos infra
adducendos.

Modus textum Scripturae meditandi.

Postremò utile quoque fue-
rit scire, quonam modo quis
utiliter se possit occupare, quan-
do meditanda occurret, aut
vox unica aut integra aliqua sen-
tentia scripturae, aut parabola,
quæ sunt objecta refertissima
sanctâ, atque utili doctrinâ pro
omni hominum genere, quod
quamvis hoc loco præcipuè di-
catur, ut meditationibus de my-
sterijs instituendis serviat, quan-